



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

25 Praxis proponendae renunciationis Cardinalatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

*in libro Camerarij fol. 31. in fine,
 & à tergo, in principio; pro Du-
 ce Mantuæ D. Nicolaus Zam-
 beccarius Bononiensis iuxta ad-
 notationem eiusdem libri fol.
 129. à tergo; pro Principe Mau-
 ritio D. Ioseph Bayla Pedemon-
 tanus de Ciuitate Montis Rega-
 lis. Aduocatus autem depu-
 tandus est per Collegium, quam-
 uis non detrectet in hoc mo-
 rem gerere desiderio Cardina-
 lis Renunciantis, vt seruatum
 fuit in D. Zambeccario, qui die
 24. Octobris 1615. ab ipso Col-
 legio deputatus fuit in gratiam
 Ducis Mantuæ, vt habetur dicto
 libro Camerarij fol. 129. à ter-
 go.*

25, Praxis * verò hæc est. Ad-
 uo-

uocatus Deputatus vt supra ac-
 cedit ad locum Consistorij in-
 datus habitu Consistoriali, vnà
 cum procuratoribus constitutis
 ad petendum admissionem re-
 nunciationis, & cum illis in
 Consistorium secretum intro-
 ducitur; ibiquè genuflexus post
 sedes Cardinalium è conspectu
 Summi Pontificis, sic orat.
*Beatissime Pater N. & N. talis
 Cardinalis apud S. V. oratores,
 eiusdem Cardinalis Procuratores
 in solidum hoc legitimo suffulti
 mandato ad resignandum in ma-
 nibus S. V. Cardinalatus Digni-
 tatem, habent ad S. V. & ad Sa-
 crum Collegium litteras, quas hu-
 militer supplicant, vt recipere di-
 gnentur, illisque lectis benigne*

au-

audire, quæ habent in mandatis.
Posteà Procuratores prædicti dimittunt litteras in manibus Summi Pontificis, quæ alta voce leguntur per Secretarium, eisdemquè lectis Aduocatus genuflexus orationem habet, in qua Summo Pontifici, & Sacro Cardinalium Senatui exponit desiderium, & causas renunciationis prædictæ, & in fine concludit. Hi igitur hic præsentés prostrati ad pedes S. V. & N. talis Ecclesiæ S. R. E. Diaconi Cardinalis Procuratores, eiusquè nomine, ea qua decet humilitate, in manibus S. V. dicti Cardinalatus dignitatem, unà cum omnibus præeminentijs, honoribus, priuilegijs, insignibus quibuscunquè

què realiter, & cum effectu, pure, liberè, & simpliciter dimit-
tunt, resignant, & renunciant,
nec non regimini, & administra-
tioni dictæ Ecclesiæ N. eodem no-
mine cedunt, S. V. humiliter, &
instantissimè supplicat, ut ad-
missionem, resignationem, renun-
ciationem, & cessionem prædi-
ctas grato animo excipiendo di-
gnetur admittere, sibi que iura-
menta quæcunque per eum præsti-
ta ratione dignitatis Cardinala-
tus, & præfatæ, aliarumquè
quaruncunque Ecclesiarum; qui-
bus adhuc usquè diem præfuit
relaxare, ac quacunque magis
opportuna ratione, statui, con-
scientiæ, & securitati eiusdem
Cardinalis providere, prout S. V.

ex

ex summa sua prudentia, & benignitate censuerit expedire. Quod verò reliquum est Pater Beatissime N. multis quidem nominibus S. V., & huic S. Sedi Apostolicæ se adstrictum profitetur, sed ad vetera S. V. erga eum officia, & promerita magnus cumulus accedet, si Sanctitas Vestra his Reuerendissimis Dominis Assistentibus eum à Cardinalatus munere, ut sperat, absoluerit, & ut in altera vocatione, adquam eum Deus vocat diu, feliciterque versari possit, suam sibi benedictionem impertierit. Absoluta oratione Summus Pont. annuit, & admittit renunciationem de consensu omnium Cardinalium præsentium, & vocantur
duo

duo Prothonotarii participantes, ut de hoc actu se rogent; quam historiam, & orationis formam per extensum refert Paris. dicto lib. 8. quest. 4.

Plerumquè etiam contingit, quòd ab Oratoribus Principum, vel aliis habendus sit sermo in Consistorio secreto ad Summum Pont., & Sacrum Cardinalium Senatum, qui pariter habendus est ab vno ex septem Aduocatis Senioribus; nullus * enim præ- 26
ter illos ex immemorabili consuetudine admittitur ad loquendum cum Sanctissimo in Consistorio secreto; quod nostra ætate bis accidit, semel tempore Sixti V. cum oratores Regis Catholici fuerunt admissi, ut nomi-

mi-